

1^{er} octobre 1517

Lettre-dédicace à « *Ornatissimo, ac doctissimo viro Ludovico Deberquino. S. P. D.* », de Paris 1^e octobre [1517], en tête de *Muscae encomium Luciani, latinum factum Nicolas Beraldo interprete*, à la suite de *Plutarchi Chaeronei De exilio libellus nuper latinus factus, Angelo Barbato interprete*, Paris, Les frères de Gourmont, 1517, f^o ciiij^o.

BN – Delaruelle, # 9 – Moreau, II, # 1692.

Evoque pour Berquin le souvenir des lectures d’auteurs anciens qu’ils faisaient tout récemment ensemble

« *Nuper vero quum Annei Senecae jocum de morte Claudii principis et Synesii libellum de laudibus Calvicii una legeremus...* »

parle d’Erasmus.

BN : Res. P Z 345

Laus Muscae

Beraldu à *Lud. Deberquino*

*Debetur... haec declamatiuncula*¹. *Nam et si Luciani scripta omnia studiosissime et legis et amplecteris ejus t[a]m eruditos ac ingeniosos lusus tanti fecisti semper ut nihil libentius vidisse te unquam mihi cunctisque praedicare soleas. Nuper vero quum Annei Senecae jocum de morte Claudii principis et Synesii libellum de laudibus Calvicii una legeremus, animadverti ea te gestiisse laetitia ut opus utrumque non modo statim relegere sed ediscere quoque velle videreris. Erasmo vero tuo quum nunquam non plurimum tribuas, ejus tamen moriam ejusdem scilicet farinae (quod dicitur) opusculum cum primis laudas deamasque eamque non vereris coeteris ejusdem authoris opibus (quae vel inimico judice eruditissima absolutissimaque sunt omnia) antepone. Neque vero novum hoc ac inauditum naturae solertiam vel in minimis quibusque mirari. Hoc enim nosti non a graecis modo compluribus factitatum, sed a latinis quoque nonnullis. Nam Cicero quum alibi in libris de natura deorum quidam ad eam rem pertinentia mire persequitur et Plynius de apibus coeterisque insectis scribens turrigeros (inquit) elephantorum miramur humeros taurorumque colla. Et truces in sublime factus tigrium rapinas leonum jubas quum rerum natura nusquam magis quam in minimis tota sit. At non erat, (inquires) id luciano propositum esto mirum tum quantopere ad id jocus hic honestus liberalisque pertineat. Quare inscribant tibi suas ceteri vigilias. Ego cessatiunculam hanc meam horaeque unius ociolum benevolentiae erga me tuae et dono et dedico.*

R. Rufus Candidus plurimam tibi suo nomine salutem hic ascribi voluit.*

Lutetiae Kal. oct.

¹ Première phrase : *Debetur tibi ac merito quidem debetur haec Luciani Declamatiuncula.*

*Remigius Rufus semble responsable de la publication du texte : « Ceterum huic adjicere placuit Luciani muscae encomium a N. Beraldo... latinum factum » (Lettre à la fin du volume)